a. ad ℞iiii pro
aut v dosibus.

d. Interdum Electuarij
Mollia qdem, ut
Diaprun: solut: pro Biliois
Diapbarium pro Pite
Diasenna pro Melanch
Catholic: pro omnib
Solida vero ut
Elect: de Sac: Ros: pro
Biliois
Diacartham: pro Pite
Elect: de Citro solutiv:
pro Melanch: & Pite

atq; hæc quidem in
dosi usus tunc dissolvuntur
ad ℞ii, vel ℞iii.

3. Usus ergo idem, qui Apozematibus
alterantium, pro IV dosibus
matutinis, nisi q addatur

tu horis ante
partum.

f. vixissime trahens
excorpolivov Groti

Apozema, & tunc nihil dissolvit
in ultimâ dosi.

CAP: III.
de POTIONE PURGANTE.

^{1.ª Potus}
Potio est medicamenti forma li-
quida, in unicam dosin præscribenda,
ex variazum rerum decoctione, infu-
sione, aut dissolutione in eodem liquo-
re composita: ad humores quosvis expurgandos aut etiam alterandos:

quare & 10. Potiones dividit
in Purgantes & Alterantes. —

Eaq[ue] multiplex est, secundum varias
indicationes, in quibus usurpatur, sc.
Purgans, Corrobicans, Somnum con-
cilians, Limbricos enecans, Menses
promovens, etc.

Potio purgans multis modis parari
solet, & in ea tria considerantur.
I. Decoctio. II. Infusio. III. Dissolutio.

DECOCTIO.

Decoctio magis usitate præscribitur ex
Sennâ ad ℥ss. vel ℥vj. Sem: Anisi ℥j.
ad correctionem Sennâ: Vel Sem: Anisi
& Caryophyllos: an ℥ss. Herbarum af-
fectui propriarum ℥jss, vel ℥ij.

Liquirit: rasa & Pasticulæ: mund: an ℥ij.
C hæc duo sicut in oib. potionib. Præscribuntur, præ-
terea in nonnullis miltibus, q[ui]a dulcedine ab-
horrent Florum appropriator: Pj. vel ℥j.
& fit Decoctio ad ℥ij.

Vel sumitur Decoctum commune
Medicina purgans: quod in Officinis ha-
beri solet.

Interdum & in affectibus Pectoris
præscribitur Decoctum commune Pecu-
toral

INFUSIO.

Qua infunduntur, vel trita, vel pulveris
 rata, vel aliquando integra macerantur
 abest coctio per S , aut O .
 aliquando. a. eadem medicamenta nodulo
 inclusa ante infusionem in felleo incoquantur.

Pectorali purgans eadem methodo.

Infusio fit ex Rhubarbaro in af-
 fectibus biliosis; Agarico in Pleuritide
 vel utroque, in mixtis. Et eorum quantitas
 est a ʒj . ad ʒij . Ad dno correctivo
 Spica Nardi, vel Cinnamomo, vel
 Santalo Citrino ad ʒj . ad ʒij .
 Spica Nardi Rhubarbaro correctivo,
 Cinnamomum utriusque est, sed in affe-
 ctibus minus calidis. Santalum
 Citrinum in Febribus vehementissimis.

Liquor. a. in quo solet fieri Infusio
 est Aqua Stillatitia affectui propria,
 vel est Decoctum purgans predictum.

DISSOLUTIO.

In Dissolutione prescribuntur Com-
 posita purgantia, Opiata, vel Electuaria
 quaedam deest, pro majori vel minori qua-
 titate purgantium, qua in Decoctione
 vel Infusione prescripta fuerint, ut
 Symplicium aliquis purgans, v. G. Rosatig
 Solutivus sequentissimus; Interdum
 Syz: de Cicchoro composit: cum Rho,
 vel de Fumaria composit: qui minus
 purgant, quam predictus.

Syzuph. a. quantitas perpetua e ʒj .
 Nominatim vero in affectibus Pul-
 monum Scanna dissolvit ab ʒij . ad ʒij
 et tunc Syzuphi quantitas minor est ad ʒij .

His variis modis Potiones Catharticae
 componuntur: vel tribus hisce prepa-
 rationibus, vel duabus tantum, vel una.

Si enim fiat Decoctio Magistra-
 lis, cum infusione in eadem Decoctio-
 ne, ita prescribitur.

Potio purgans iv consideranda habet, quorum

1.^a Liquor ex quo fiunt potiones (pro dissolvendis alijs Medicamentis) tum ratio
Qualitatis ratione vel est

Decoctum

Alterans i. ex varijs Plantarum partibus (diablis aut triblis),
tum humorum vacuandum, tum sedem affectam respicientibz,
unde Catharticum efficacius reddit, idqz ut Aporemat
dosi, sicuti enim Aporema pro iv, ita Potio pro i. dosi est.
vel ii. decoctum tota Medicina. vel iii. decoctum florum
et Foliorum Cordialium, quod & decoctum Pectoralem
vocant. (in affectibus Thoracis.) vel iv. Infusulum puli
alteratum foli. Endiviae, Acetosae, Borag. Byglossae. (in
morbis biliosis, & febribz artuantibus.)

Purgans constat vel i. decocto aliquo jam dicto alteranti cum
Senna ad ℥ss ad ℥ss & corrol. Aniso, Garioph. ad ℥ss.
vel ii. Senna cum corrol. (dosi jam dicta.) cum floribus
cordialibus in Aq. cor., vel ut quidam in Aq. Stillat.
decoctis. vel iii. ex sola Senna cum Aniso in Aqua
fontana, aut stillatitia decoctis.

Infusio purgantium, quae licet ex omnibus cathartice parari possint,
hodie tamen plurimum fit ex solo Rhubarbaro a ℥ss ad
& ipsius corrol. Cinnamonu ad ℥ss vel ex Agarico eadem dosi,
vel potius Rhubarbaro & Agarico simul, dimidiata utriusqz dosi,
in liquoris idonei q.s. passim .a. Aq. Still. Endiviae, Cicboriz,
aut alterius Herbae sedi affectae, aut morbi accommodatae sinitur.

Decoctum cum Infusione simul, quod omnium frequentissimum,
Sicqz sinitur de colatura decocti alterantis aut purgantis q.s.
pro dosi, ~~in~~ a ℥ss vel ℥ss. in quo infundit Rhubarbarum
dicto modo. etc.

Liquor alius interdum in magna festinatione, ut Aqua Stillatitia
quaedam, Hydromel, etc sinitur. ad quibus, p. 76.

Quantitas est ℥ss aut ℥ss pro pueris, & mollioribus, aut ℥ss passim alijs.

Dissolvenda // p. seq. //

Usus, ad unicam dosin Prescribitur sinitur: mand cum custodia, lvi pcedenti caena.

Utilitas.

Dissolvenda in potione purgante considerantur vel ratione

Qualitatis ratione ea quae dissolvuntur, vel sunt

Purgantia & quidem vel

Simplicia, ut Cassia, Manna, // aliquando etiam RBararb. ℞j, ℞ij
in alvi fluxibus, P. Mechoacan ad vacuandos pituitosos humores //

Composita, ut
[Electoraria] molliā, cum Opیاتو, ut Diapod. Solūt. pro
Confusio. Diapod. Solūt. pro Biliofis.
Diapod. Solūt. pro Pituitosis.
Elect. Solūt. pro Diapema* & Melanchol.
Catholiceum pro armbus.
Solida cum Tabella, sic
Tabulatim electuar: de Succo Lepar. p Biliofis.
Diapod. Solūt. pro Pituitosis.
Electuar: de Citro pro Melanch: & pituit.

Pillula rarissime & nisi in affeclibus soporosis dissolvuntur.

Dulcorantia praeter haec cathartica semper sunt Prescribenda, sicuti
Mel, Saccharum, — sed passim et usitato Syrupi & licet
interdum simpliciter alterantes Prescribantur, (quando liquor per se
satis purgans, et vel Catharticozum satis in eo dissolutionem fuerit)
hodie tamen frequentissime ii Syrupi Prescribuntur, qui simul pur-
gandi vim habent, ut sunt Syrupus de Cichoreo cum RBo.
Syrup: Rosae: Solūt. quem
nunc in Belgio compositum
habent cum [RBo, Agario,] vel singulis
Senna.] vel unitis.

Quantitas vel Dosis horum purgantium, major // vel minor est, prout liquor & dextro, ^{vel infusio} magis aut minus fuerit purgatorius: Vbi vero cuiusmodi liquor vel nullam vel parvam
quam vim purgandi habet, tunc solvi possunt, si praescribantur

Simplicia ut Cassia, Manna, ℞j, ℞ij
Electoraria supra memorata ab ℞β, ad ℞vi, vel ℞j.
Pulveres et Pillula ad ℞j vel ℞j.
Syrupi ab ℞j ad ℞ijβ.

MEDICAMENTA quae infundi seu mace-
rari solent, sunt

- Aglicus. ℥v.
- Senna. ℥vi.
- Rhabarbar: ℥iij. ad vi
- Tarbitz. ℥j.
- Scammonium ℥ss, vel gr: xiii
- Hermodactylus.
- Myobalani. ℥iij.
- Tamarindi. ℥ij.
- Psyllium. ℥j.
- Fumaria. ℥j.
- Aloe. ℥ij.

et alia feruntur sicut cineres calidos temperant
aliquamdiu calore idoneo, ut vis resinosa
corrigatur.

NB. Rhabarbarum infundi, non coqui debet, ne vis
purgandi, et exloquatur evanescat.

Senna de coqui, non infundi debet, quia multo
coctum reddit liquidum. sic Riel: 13.14.
contra apud nos coquunt saepe Sennam, et
relinquunt in infusione cum Rhabarbaro.

74d

The ... of ...
- ...
...
...

℥. Fol: Senna, etc. si decoctio ad
 ℥ij. In Colatura infunde Rhabarb.
 (v. G.) ℥ij. Spica Nardi gr: viij. Ex
 pressione facta, dissolve Diapremi
 solutivi (v. G.) ℥ij. Syr: Rosat: solut:
 ℥j. Misc: si. potio, quia detur
 coas mane cum custodia et regimini
 artis.

Si vero fiat decoctio Magistralis
 cum infusione in Aq: still. Hac
 formula prescribitur. ℥. etc.
 si. decoctio ad ℥ij. In Colat: dissolve
 Rhabarb: (v. G.) in Aq: Cicborij cum
 Spica infusi et expressi ℥j. Electi
 ary de sicco Rosar: ℥ij. Syr: de
 Cicborio Compos: cum Abto ℥j.
 Misc: si. potio. Quia detur, etc.

Si fiat ex decocto Officiali cum
 infusione in Aq: still. Hac for
 mula prescribitur. ℥. (v. G.) Rhab:
 electi et Agarici trochiscati an ℥ij.
 Cinnamonli ℥ij. Infundant in Aq:
 Botonica, expressione facta dissolve
 Electuarj Diacasthami et Diaphan:
 an ℥ij. Syr: Rosat: Solutivi ℥j.
 Decocti communis Medicinæ purgant: ℥ij
 vel Deccti Pectoralis coas purgantis ℥ij.
 Misc: si. potio. Quia detur etc.

Nota interdum nulla Electuarja
 prescribi, quando sc. benignius est pur
 gandum: sed tantum Decoctum,
 Infusionem et Sympum.

Ex duabus tantum preparationibus
 conflata actiones duplices sunt. vel
 sc. ex decoctione et dissolutione, vel
 ex

ex infusione & dissolutione.

Ex decoctione & dissolutione fiunt Potiones hac formula. ℞. Infundant, &c. Expansione facta dissolve Electuary, &c. Syrupi &c. Misce, fi. potio.

Ex unica tantum preparatione fiunt Potiones, quae simplici dissolitione constant, quod fit in Casibus valde urgentibus, ubi decoctionibus aut infusionibus tempus non suppetit, & tunc Elect: purgantia dissolvunt cum jusculo, vel Aq: propriata, ad ℥vj. aut ℥j. Hac formula. ℞. Electuar: ℥j. (v. G.) Diacarthami ℥j. dots cum jusculo. ℞. Elect: &c. Syrupati solutivi ℥j. Aq: (v. G.) factonica q. s. Misce fi. Potio.

Interdum dissolvit Rhubarb: pul: creasat: cum jusculo. In Diarhea vel Dysenteria. Hac formula. ℞. Rhubarb: pul: creasati ℥j. Dosis Coas man: cum jusculo. Datur ad ℥j. pulcritis qui ferri nequeunt vehementiora Ca: & haezotica. Pueris etiam exhibit Mana cum jusculo dissoluta ad ℥j. & Ozoni: dioribus in affectibus Pulmonibus, ad ℥j.

ubi purgandam et ad stringendum simul.

aliquando etiam Pulvis Mechoacan: ad educendos pituitosos & sterfos hunc Pillula: vero rarissime dissolvenda: aut nunquam nisi in affectibus soporosis

CAP: IV.

de POTIONE CORROBORANTE,
Somnia concil: Lumbricos ente: &c.

Potiones istae, quia unica tantum dosi praescribuntur, sub Potionis titulo exponuntur, licet hodie usus invaluerit.

in fa

3
4
5
6
7
8

76a

70
Julepūs Arabūm inventūm est, vocantq; eo nōvū medicamentūm fluidūm,
delicatūm et suāvū. Rhetoricorūm Byzantinūm schola Ευδαμων appellavit.

Estq; duplex

Veterūm julepūs propriū erat medicamentūm jucūndūm conditū
liquorē grato suaviq; cūm Saccharo in Symplici gēre consistentiam
dedito, gratia oblectamēti potius quā medicamēti: quō
mōtūpē delasatos argos deliniant. Ejūsmodi duo olim
percellēbāt sūt, Violatūs, et Rosatūs sūt Alexandrinūs,
quī Medicis Parisiensibūs Julebūs Regiūs dicit; quōd is Regi
Francisco, litterarūm patrono sūmmo, esset in delicijs.

Recentiorūm Julepūs, sive hodiē usitatus duplex itidem statuitur
[propriū talis, pīssiorūm morō suavis et delicatū est, tūc inq; cū
cūndi saporis expers, ac instar Aquæ liquidūs.
impropriū talis Julepūs quī saporis inflavis et ingratus est,
estq; julep tantūm rationē formæ et compositionis, non
aliam rationē gratiæ ac suavitatis.

Eadem tamēn utriusq; componēdi ratio, ac Utendi modūs.
sicut quā statuit. NO. 4 differentiam cōterre conatū frustra

in facienda Medicina, ut sequentz
vocentur Julepi pro unica dosi, ad
differentiam vulgarium Juleporum,
qui ut plurimum pro dos: m̄ prescribunt

Fiant. a. potiois ex Aq: Cardiaca
℥iij. Sympsi Cardiaca ℥j. Confect:
Cardiaca ℥j. Pulverum Cardiaca ℥j.
Hac formula. ʒ. etc. misc̄ et fi. potio,
(vel fi. Julep: pro unica dosi) quam
cap: tali hora. Omnis enim hora est
hinc ut medio propinanda, sed potissimum
mane et sero usurpatur.

Somnifera potio fit ex Syr: de Pa
paree ℥j. Aq: Cardiaca ℥iij. Confect:
Albezum's ℥ss vel ℥j. Hac formula.
ʒ. etc. m̄. fi. potio, qua dets hac
nocto, hora somni.

Potus contra Vermes fit ex Aqua
Portulaca aut Graminis ℥iij. Syr:
de Limonibus ℥j. Confect: de Aya,
cincho ℥j. Pulv: contra Vermes ℥j.
vel alio modo consimili.

Ad reliquas indicationes adimplen
das eadem ingredientium proportio
strepentis erit observanda, ut sint
Aqua -- ℥iij. Sympsi -- ℥j.
Confect: -- ℥j. Pulvca: -- ℥j.
vel ad sumis - ℥ij.

CAP: V.

de JULEPIS. —

Julepis duobus modis componi solet
nimirum, vel ex Aq: Stillatitjs, vel
ex

ex simplicium decoctione.

Prescribitur autem ut plurimum pro III aut IV dosibus, ea proportione ut pro unaquaque dosi sint Aquar: ℥ij. vel ℥ij. Syz: ℥j. Haec formula. ℥ Ag: ℥c. M. fi. Julep: pro tribus dosibus mane & sero sumendus.

Interdum succi cum Aquis commissa centur ea proportione, ut pro unaquaque dosi sint Succorum ℥ss. vel ℥vj.

Nonnunquam etiam in Julepis prescribitur Sp: vitrioli gutta aliquot, non determinata. Julepis dico refrigerantibus, sed haec formula usurpatur, Sp: Vitrioli q.s. ad certam aciditatem.

Ex decoctione Julepis componunt eadem methodo, qua Apozemata alterantia. Minori parvo simplicium dose. In eo tamen differunt, quod in Julepis non prescribitur Clarificatio & aromatizatio, sed talis eorum est formula. ℥ Rad: ℥c. fi. Decoctio ad ℥vj. In Colatura dissolve Syzupor: ℥ij. M. fi. Julep: pro tribus dosibus mane & sero sumendus in hoc post partum.

a. potest tamen in Vasa desin etiam prescribi necessitate ita portabitur

R. 2a. c. Summe Succi Syzupor: part: ℥ij. Aquar: part: ℥ij.

d. quemadmodum et in Billesis scribitur magis in suspectis prescribitur aliquot ostendendum est hoc est liquoris ℥ij. et Austi Rosaci ℥j. ND

f. sed media tantum simplicium dose.

ND hoc Julepis decoctum tantum mane sumi videtur instar Apozematum.

CAP: VI. de SYRUPO ALTERANTE.

Syruporum duo sunt Genera, alterantium sc: & pulegantium.

Alterantes Syzupri raro componuntur a medicis, quia quamplurimum habentur in Officinis ad omnes indicationes adimplendas.

Syz: (usuales) } alterantibus (magistralis) } pulegantium

Julepi rarissime Aromatizantur: si tamen libeat, aromatizantur gratiore quodam Aromate vel pulvere ad ℥j pro dosibus singulis. ND

Potiones Corroborantes nonnulli etiam Julepos vocant: de quibus pag: Viced.

Serapia vel Syzupos esse Arabum in cypta appellatio ipsa barbara satis manifesta ostendit: veteres Graeci vix movebantur. Et autem Syzupus medicamentum liquidum in corpore stans decocto vel succo aliquo, mello aut saccharo conditum, et percoctum in eam consistentiam, uti extracta guttula atque refrigerata non amplius periclitatur, sed diluti nullis crassitudine induere potest ad humores quosvis alterandos, vel etiam expurgandos institutum. ND

78a

Syzupii Magistralis

ex Decto, Soli formula

℞. Rad. Herb. etc. si. Dectio in talis liq: q:
 de colatura capis, in qua dissolvit etc.
 si. Syzupii pfecti coctus, clarificatus
 & aromatizatus cibus. etc.
 reponat in ampulla vitrea, in loco frigido
 de quo capit etc. cum etc. toties in die
 vel hebdomada.

ex Succo eozß vel

Soli, ℞. Succorum depuratorum etc.
 in quibus dissolvit, etc.
 A. Syzupii, etc. in supra

Quando alia in eo decoquantur vel infunduntur

℞. Succorum depuratorum etc, in quibus
 vel decoquit, vel infunde, etc.
 de colatura capis, etc. ut supra.

plendas idonei.

Idco nunquam aut rarissimo Syrupi magistralis alteratis prescribunt, sed solum officinalis usurpantur: idq; dupliciter, vel enim in alijs liquoribus dissolventur, vel soli & p̄ se exhibentur.

Quomodo in alijs liquoribus dissolvantur, supra monstratum est in Apocremate, Potione & Julipo.

Sed praeterea dissolvi solent nonnulli Syrupi in Aq; cori vel Pti sana ad refrigerandam sitim: talis sunt Syr: de Capill: Vener: de Limonib; & Cydoniorum in Alvi fluxu, & solent

prescribi hac formula. ℞ Syr: (v. g. Capillor: ♀) ℥iij. utatur cum Aqua potabili sitis tempore, extra partem.

Soli & p̄ se exhibentur in Affectib; Ventriculi & Pulmonum potissimum.

In Imbecillitate Ventriculi frequentissimus est Syr: de Absynthio, qui mandatur exhibetur p̄ se hac formula,

℞ Syr: de Absynth: ℥j. Cap. mane dū abis horis ante partum, continuando p̄ triduum.

In affectibus Pulmonum prescribuntur Beebici Syrupi, hac formula.

℞ Syr: de Thsilagin: (v. g.) ℥iij. utatur frequent ex cochleari sensu labendo

Alterans Magistralis constat Deco alicujus, vel Sacci alteratis & Sacchari vel Mellis in coligore dissoluti ℞ .ss. aq; (℥iij ad iij) Sin Sacci acidi, Sacchari dosi duplicis. Si Syrupus etiam officinalis in liquoribus dissolvatur, Sacchari dosi minime ad q. s.

℞ Agricata ac

CAP: VII.

de SYRUPDO PURGANTE magistrali.

Syrupus Magistralis eodem modo componitur, quo Apocema purgans, et ex ead:

ex eadem materia, pariq[ue] simplicius
alterantium dosi; purgantia vero
dupla ferè Apozematis q[ua]ntitate prescri-
buntur cum suis correctivis dupla etiã
dosi.

Intcedum efficacissimi componentib[us]
Syrupi ex succis Herbarum & Feruntium
depuratis, in quibus purgantia insun-
dunt & decoquant, & illi succi ad t[ri]ss[is]
vel vj prescribi solent, propterea quod
decoctione & infusione Cathartico[rum]
plurimum absunt. Decoctio fieri
solet ad t[ri]ss[is] vel t[ri]ss[is]. & in ea dissolvit[ur]
sacchari quantitate circiter Deccto pari.

Ut recte decoctum prescribatur, tot
esse debent doses purgantium, quot sunt
Decocti ℥^{ss}. Et Deccto tantum additur
Sacchari, quot sunt Deccto ℥^{ss}. Postea
hæc ad consistentiam Syrupi coquantur,
& usû observatum est, ut vj. pars in
decoquendo evanescat. Ita ut ℞. ex
Decocti ℥^{ss}, & tantundem Sacchari,
restent ℥^{xx}. & cum tot sint doses
purgantium, quot erant decocti. Re-
quiritur quod Syrupi ℥^{ss} pro dosi sit
prescribenda.

Intcedum Syrupi dissolvunt pur-
gantes vel alterantes ad ℥^v. vel vj.
& tunc Sacchari q[ua]ntas minuitur ad
q[ua]ntitatem Syrupi proportionata, quia
Syrupus pro Saccharo habetur dissoluto.

Aliquando succi dissolvuntur ad ℥^{vj}.
vel vj. quando in Agi Simplici facta
fuit decoctio, & tunc nulli Syrupi
dissolvi debent, sed solum Saccharum,

Nonnunquam in affectib[us] Pulmonum

frig:

frigidis, Mellis aliqua portio cum Saccharo conjungitur, sed valde raro; postea coquitur in Syriacum, qui in hunc asseruatur.

Dosis est ab ℥iij ad ℥v. pro majori aut minore efficacia Syriaci, idq; semel aut bis in mense.

Sumitur tandem cum jussulo cum herbis convenientibus alterato. Vel in melancholicis cum Sero lactis aut dicto flosum & fructuum cordialium.

Ina omnia hac formula prescribi solent. ℞. ℞. si. decoctio ad ℥ij. in qua dissolvat Sacchari albis: ℥ij. si. Syriacus pectus colatus, clarificatus & aromatizatus cum ℥ij. (v. g. Cinnamon), qui servetur in vase vitreo, de quo cap. ℥iij. vel ℥iv. bis in mense, cum jussulo (v. g. Fol: Borag: Agglo: Capill: ventr: & Scabiops) alterato.

Si ex sacris si. Syriacus, hac formula prescribitur. ℞. Saccoz: diphazator: etc. In quibus decoque Fol: Senna. etc.

vel ℥v. prout fuerit purgatorius, & habita. ratione aetatis, sexus, etc. cum Sero lactis, vel jussulo pelli cum fol: Acetosa, Borag: etc. alterato.

Utilitas, in morbis Acrio-
nicis, etc. 440.
et Morbi:

CAP: VIII.
de VOMITORYS.

Vomitoriozum compositio tam varia et multiplex est, ut quæ certas eorum componendorum regulas proponere valiamus, sed varia eorum formula ex varijs authoribus erant mutanda. Principia tamen sequentes esse solent, quæ ex triplici vomitoriozum genere, scilicet altiorum, mediocrium, & vehementiorum desumuntur.

Mitiora

Vitiosa fieri solent ex Aq: tepida
 Ervii cum Mii, vel Butyri ℥ij. vel
 ex Aq: Hord: tepida, aut jussu valde
 pinguis bene hausti. Vel ex
 Rad: Peponis ℥j. contusa et infusa in
 Ervii Aq: Hord: vel Hydromelitis. Vel
 ex Decoctione Sem: Atriplicis ℥β. Floe
 Anethi ℥j. ad Ervii dissolvendo Oxy mel
 Simplicia, vel Syr: acetos: ℥ij.

Ufus horum omnium hac scribitur
 formula. ℥. et. Si vomitorium, qd
 sumatur tepide, deinde post ambula-
 tionem paucam indatur digitis in fimo,
 aut perna oleo intincta Vomitus proicitur.

Mediocria fieri possunt, ex Rad:
 Raphani ℥j. Agacii ℥β. coctis in Ex
 Aq: Hord: addendo Oxy melit: Scillitic:
 ℥ij. Si crassa Pituita luxuriat. vel
 Syr: acetos: simpl: si Bilis exsiccatur.
 Vel ex Rad: Asari ℥ij. Sem: Urticae ℥β.
 Fl: Genista ℥β. coctis in Ervii Hydro
 melitis. Vel ex Rad: Asari ℥β.
 ℥β. in Aq: Hysopi aut mentha dispo-
 nita.

Vehementiora fiunt ex Vitrioli albi
 preparat: ℥β. aut ℥ij. in sicculo dissolu-
 Vel ex Coaco Metalloz: alias Hepaz
 Antimony appellat a ℥j. ad ℥β. infuso
 in vini albi vel Aq: Cardii Benedicti
 ℥ij. cum poco Cinnamono.

CAP. IX.
 de EMULSIONE.

NO.

Emulsio est medicamentum consistens,
 ex materia fluidissima et tenuissima quae
 cumdam solidiorum contusa, aqua
 affusione iuxta lactis emulsioem;
 huius nomen.

Emulsio

82^a
Petrius, quoniam ciuitas affatim danda, et
tepidula asphalmenica sunt.

— 82^a —

fiunt emulsiōes hoc modo,
 Contunduntur semina in Mortario aëreo,
 deinde in mortario q̄. gussiferae, antipis
 affunditur liquor cephalicus, seu Dictam. seu
 Aqua Stib. et colantur, ~~per~~ vinū dulcorant.

Op. Sem. Tr. fig. major. @ ʒiʒ.
 Portulacae,
 Lactucar, @ ʒi.
 causticis: confusa fi. Emulsiō cum Aq. Capill. P, Portul.
 contunduntur ~~in~~ ferro modo, et colantur
 cum emulsiōe gussifera in mortario, deinde
 in membranā

tried-gestutet in des wijfel, dair natu in
 des mortiere gietet dair op ʒet doctum rii
 q̄stüm, vortende onder machoude, daer
 door des Feemyn ḡvoocht, ḡexpri
 onsedt, serra isst dūccandū.

Emulsio fit ex Amygd. dulc. decoctis
 tucatis ad ℥j. ℥jss. ℥j. Sem: frigidior:
 major ℥ss, vel ℥j. Sem: lactica &
 Papav: albi, ubi adsint vigilia, ℥ss.
 Contunduntur omnia et dissolvuntur
 cum Aq: Hordei tris. pro ℥℥ dosibus.
 Et dulcorantur vel Saccharo solo, ad
 ℥℥℥ vel ℥℥℥℥. vel Syr: gratioribus, ut
 Violas, et Capill: Venenis. ℥ss. d.

* Sacchar: album, vel
 Rosatum.
 aliquando sed rarius
 Dulce, vel Manis
 Christi perlatum a
 ℥ss ad ℥℥.

Formula .a. prescribendi talis est.
 Et ex. Contundant in mortario maru
 moreo sensim affundendo Aq: Hordei tris.
 in colatura distillat Syr: violacei
 Capill: Venen: ℥m ℥℥. si. Emulsio
 pro ℥℥ dosibus manu et sero sumendis
 Interdum Nucles Pinci pinctis addunt
 in affectibus Thoracicis.

Aliquando Deco Hordei additis Aq:
 Rosacea ℥j. a qua suaviorum reddit emul
 sionem.

Utilitas. 1491.
 Morcell:

* Fructus sunt Amygdalas dulces oscentis
 excorticatas, Sacchyli, Pistacia,
 Nucles Pinorum mundati (et manu
 lavati in Aq: Violas: etc) ab ℥j
 ad ℥℥.

Semina ut in textu. ad ℥ss.
 Decoctum, vel est Hordei tantum,
 vel Rad: Liquiritia, vel Ptiliano.
 vel Decoctum Hordei, Symplicium,
 Passular: Glyceribizae, Rad: et
 Sem: Althaeae, Malva (in omnium
 et vesica affectibus) ab ℥m ad ℥ss
 Syrupi Violaceus, Xanthoxarinus,
 de Althaea, de Symplicis, vel
 aliis q: Scopolium destinatis attingat.
 Saccharum. ab ℥ss ad ℥℥℥.

vel dicitur
 si. Emulsio, de qua cap: ℥℥℥ cum
 decocto aut infuso pulli, bona idonea
 ad Scopolium. — sed tunc solum
 ℥℥℥℥ decocti pleribant, aliq: facile
 corrumpet ac situm traheret. — NO.

CAP: X.
 de LACTE.

Lac exhibetur Potbificis et Febr
 hecticis consumptis. Reliquis praestat Albu
 minum, ubi refrigerandum et detergendum:
 Caprillum vero ubi nutriendum et refi
 ciendum.

Praescribitur illius usus per mensem
 integrum. Mense mase praesertim,
 corpori prius purgato: et exhibentis die
 prima ℥℥℥ cum Sacchari Rosae, ℥j. au
 gendo singulis diebus ℥j. donec ad ℥℥℥℥
 pervenerit

peruenit, Sacchari quantitatē propor-
tionaliter augendo ad ℥ij. In eadem quan-
tate postmodum persistendo.

Horā assumenda oportet matutina,
iv horis ante cibum, quibus neq̄ dormiat,
neq̄ vehementius sese commoveat.

Formula .a. quā prescribit talis
esse potest. Utatur lacte Asinino ven-
centē ab ubere extracto, per mensem
integrum sumendo, prima die ℥iij. &
Sacch: rosati ℥j. augendo singulis diebus
Lactis quantitatē ℥j. Sacchari ℥ij. donec
peruenit ad Lactis ℥viij. Sacch: ℥ij.
Ubi postmodum subsistat, eandemq̄
quantitatē assumat quotidie, iv
horis mane ante pastum, quibus
neq̄ dormiat, neq̄ sese vehementius
commoveat.

CAP: XII.

De SERO LACTIS.

Serum Lactis etiam prescribitur Verso
tempore per xv dies, aut mense integro.

In eo macerantur per noctē herba
refrigerantes, ut: Fumaria, Cichoria,
Acetosæ, ad mss. vel frequenter Epi-
thymum in Melancholicis ad ℥β. In
quo casu dissolvitur etiam Succus Pom-
redolentium ad ℥j. Dosis est ℥viij. vel
℥vj. mane iv horis ante pastum.

Tali .a. forma prescribitur, et Sero
lactis q. s. bulliat leviter et colatur, et in
ejus ℥j. macerentur per noctem foli: et.
colatur mane, addendo Sacchari albi ℥j.
Capiat mane iv horis ante pastum, sin-
gulis diebus continuando per mensem integro.

CAP: XII.
de DECOCTIS SUDORIFERIS.

Decocta Sudorifica vilgo componi solent ex IV præcipuis Sudorificis, Ligno Guajaco, Sa-sa-frax, Rad: China, et Sal-saparilla: ex quibus dicta tam Sudorifica quam Simpliciter instituentia.

Quantitas Sudorificor: Prescribitur ad ℥iij vel vj. eaq̃ unius tantum vel duorum pro varia ægrotantis dispositione; hac perpetuo observatione, ut Guajacum in frigidioribus naturalis, Rad: China in calidioribus magis conveniat.

Postea infunduntur in ea Aq: fontis quantitate, ut pro singulis ℥ij Sudorificis sint totidem Aqua tb. Infusio. a. fit per xxiv horas supra cineres calidas, Ac tandem decoquantur ad medietatis consumptionem.

Dosis decocti est ℥viij, mane corpus tegendo plus solito, ut facilius sudores eliciantur.

Formula. v. prescribendi talis esse solet.
℥ v. 6. Cassia ligni Guajaci ℥iij. Corticis ejusdem ℥ij. infundantur per xxiv horas in ℥viij Aq: fontis, supra cineres calidas coquantur in vase duplici, lento igne, et sine fumo ad medietatis consumptionem, colentur per manicam Hippocratis; Cola-tura servetur in vase vitæo, de qua Cap: ℥viij singulis diebus, mane corpus tegendo plus solito, ut excitentur sudores, corticem utando per xx aut xxx dierum spatium.

Aliquando pro delicatioribus decoctis Daleo

ad sudores movendos Primum, ℥ij. Sudoriferi Decortici, ℥viij. aquæ aut magis provocabit sudores quam Capis. Bizar. D. 31. videtur et 1323. 1303.

dilcozatiæ Sacchari ℥ij, vel ℥iij &
Cinnamomi ℥ij.

Totum illud tempus, quo ager dēcto
illo sudorifico utitur, Diata appellatur,
propterea quod virtus obstruens valde
exquisita, attenuans & exsiccans, &
pro potu ordinario præscribitur decoctum
secundarium, ex præcis residentia paratur,
quod & Bochetum appellatur.

Illa. a. residentia vel sumitur sola,
vel ut efficacior decoctio evadat, additur
sudorifici recentis ℥j. infunditur per horas
viij in ℥xx Aq: Fontis, coquitur ad
iv. partis consumptionem, dilcozati &
aromatizatur hac formula. ℥ Residentiam
prædictæ decoctionis, infundatur in
℥xx Aq: fontis, supra cineres calidos,
per horas viij coquitur ad iv. partis con-
sumptionem: Coletur per manicam Hippoc:
addendo Sacchari & Cinnamomi q. s. ad
Saporis gratiam. Si Bochetum. Quo
utatur pro potu ordinario, toto diæte
tempore, utendo interea Panis bis cocto
& anisato, Carnibus assis & n̄ elixis,
hericulis montanis, Caryophyllis aut
Cinnamom: transfixis Passulis, Amyg-
dalis tocofactis, nucleis Pinis, &c.

Si diata simplex instituenda sit, in
qua pones sudorifica n̄ exhibentis, sed
virtus tantum exsiccans cum usq̄
Bocheti præscribitur: tunc temporis
componitur Bochetum ex ℥j sudorifici
infusi & decocti in ℥xx Aq: Fontis,
& reliqua eodem modo præstendo, ut
in decocto ex residentia. Hac formula.
℥. V. g. Radicis China in taleosas di-
visa ℥j, infundantur per horas xviij,

in ℥.

¶ xij. etc. si. Rochetum, Quo utatur
pro potu ordinario per spatium xxx
aut xxx diebus, utendo intus Pau
biscocto. etc.

Interdum & bestium secundarium
eodem modo paratur ex recent. Sidorii
ficti ℥ij. rejecta residentia prioris de
coctionis, eius virtus est fere depurata.

In omni diata Sidorifica hoc ob
servandum, alvum fere perpetuo esse
astrictam, quae laxanda est iv. quosq
die injecto Clystera Emollienti: Ac
propterea quia per Sidoris tenuior tan
tum maas vacuatur, coarsior v. remanet,
ideo consuetissimum est viii. die prius
quans medicament. exhibere, abstinendo
tunc temporis ab usu pomis Sidorifica.

CAP. XIII.

de DECOCTO GALLI VETERIS.

Uti patet non raro ejusmodi deco
ctum in morbis chronicis, ut Melan
cholia hypochondriaca, Asthmate, &
Obstructionibus diuturnis. & paratur
duplex, Alterans sc. & Purgans.

Alterans componitur ex eadem maas,
quae fuit proposita in Apozem: alter
& pterea addunt Sidorifica ad ℥ij.

Maxime tamen differunt Prescribendi
modo, nam in hoc decocto Sidorifica se
mina & Feructis prius praescribuntur,
postea ventres Galli Veteris impletur:
postea vero Radices, Folia, & Flores
decocto adduntur Hac formula.

℥ Rad. (China v. G.) ℥ij. Semin: etc.

Contur

80.
Gallus Anserodoni Gallus ueteris & quoniam siccissimus
inducitur. Soli Senae, Epithymo, Caps. Q. Sem. Carthami.
Rad. Polygody, Uguirita, S. Anisi: Form accipiant
semel & iterum, experimentis suis.
Specifica Gallis ueteribus inuget eis carumdi siccissimas,
Pisum si eiusmodi forte addant quoniam peccoralia. H.

contundenda contundant, & miscerant
ant, oia simul, usque impleat ventre
Galli ueteris uiscerati, & antiquam
singulethe chusu & uerberibus fatigati
fl. decoctio in q. s. Aq. Fontis (uel
quando sunt obstructionis, in tribus
partibus Aqua, & una uini albi.)
addendo Radic: Sc. Fel: Sc. Fl: Sc.
Cognantur donec Galli caro ab ossibus
separatur, Colatur dectum & for-
titer exprimatur, serueturq; in uase
uitae, in loco frigido, omni pinguedine
delecta, de quo cap. 2. viii omni
mori per multos dies.

Purgans eodem modo prescribitur,
addendo praedictis purgantia simplicia
eadem dosi, qua in Apozemate pur-
ganti, & illa miscerentur cum his, quibus
ventre Galli ueteris impletur.

Uulgo. a. in hoc Deco. prescribi
solent, Senna, Polypodium, Rhabar-
barum, Cartbarum, Epithymus,
Agaricus, Thobith.

Formula huius decocti talis est.
℞. Sc. Cognantur, donec Galli caro
ab ossibus separatur, de Colatura capi-
tur ℥. qua seruetur in uase uitae,
in loco frigido, omni pinguedine
delecta, de quibus Cap. 2. B. Mani
per quateiduum, singulis mensibus
repetendo.

CAP: xiv.
de Iusculis.

Iuscula duplicia sunt, Alterantia
et u.

et Restaurantia.

Altreantia fiunt ex Herbis con-
venientibus, cum Pullo gallinaceo,
vel jusculo cor, ita ut Herbarum
sint ℞℥. vel ℥℥.

Omnium vulgatissima sunt ju-
scula in febribus biliosis et frigiditate,
et calidis Hepatis intempiebus. Hac
formula. ℞ Fol: Fe. Coquantur
cum Pullo Gallinaceo, et si. Jusculum.
q. Cap. et manū continuando per octo
vel novem dies.

Fiunt etiam interdum in Affectibus
calidis Pectoris ex Thoracis simplicibus
cum Pullo decoctis, quarta tñ parte
Thoracis apozematis, quibus additur
Radix China ad ℥j. ante alia simpli-
cia p̄scribenda.

Sapē etiam usūpantur juscula a-
perientia ex Radicib: Herb: et Seminib:
aperientibus. dicta q̄ntate cum jusculo
communi semi-confecto decoctis.

Restaurantia juscula componuntur
ex Capone pingui excoctato, et
in fistula conciso, qui quidem ponitur
sine ullo liquore in olla vitreata, ac-
curate clausa et obturata, ne quid
exiret; coquantur in B. M. ad p̄tri-
laginem, exprimatur succus, a quo pin-
quedo separatur; servaturque in vase
vitreo et loco frigido ad usum.

Nominquam in jusculis et singulis
adduntur Succo Cardiaci ℥ij. vel ℥iij.
Sacchari tantundem. Et utitur ager vel
per se, vel cum jusculo.

Jusc

In sculo hujus restantatis formula
peculiaris non proponitur, propterea
quod ab his, qui aegro ministrant, pra-
parari solet; & Medici illius componendi
modum recubentis tunc docere solent.

CAP: XV.
de Bolo.

Bolus duplex est, Purgans &
Corroborans.

Purgans fit interdum ex Cassia
sola ad ℥j. qui lenitior tantum est:
vel ex Cassia ℥ss, cum alterius optata
purgantis ℥ij, iii, vel ℥ss. Vel ex
optatis purgantibus, una vel pluribus,
ad ℥ss. ℥ij. vel ℥j. Vex ex optatis
& Electuariis purgantibus ea propor-
tione, ut per se sit major optata
quantitas quam Electuarii, et omnia
simul quantitas ℥j, non excedant.

Formula omnium horum talis E,
& Cv. g. Cassia recenter extracta) etc
cum Saccharo, si Bolus, quem Cap.
mand cum Syr: Capill: & vel alio
convenienti & palato gauto.

Interdum fiunt boli ex Scrobintina
ad ℥ss. ℥ij. vel ℥j. ad hunc dete-
gendos, quae abluuntur vino albo, aut aqua
aliqua aperiente. Quor: formula talis
& Scrobint: Veneta lota, &c. si Boli
qui nebulis involvantur, et ex Cochlenti
cum Syr: Capill: & de recentibus Mone
iv aut v hociis aut prandium, conti-
nuando per triduum.

Bolus

Bolus & Saccharo, quae
vixit una vix capere
magnam ℥ij excedit
p. 110.

Nebulas, h. 25 de 21
aut Obelia, at p. 110
Bela. Omnes, h. 110
m. p. 110.
p. 110.

Bolus corroborans fit ex Confectione alicuius ℥ij vel ℥β. Confectionis ℥β, vel ℥ij. Pulveris ℥i. Hac formula. ℥ et c. cum Sacchari q.s. fi. Bolus, quem cap. manū dū abū horis ante pastum.

Prescribi solet passim Bolus corroborans postmodū purgationis; ad ventriculū aliasq̄ partes corroborandas, quā purgatione molestiam subierunt.

CAP: XVI.

de OPIATA.

Opiata duplex est, Purgans et Corroborans.

Purgans composita ex Opiatis purgantibus Officialibus, Electuariis purgantibus, Pulveribus simplicium purgantium, et Symplo purgante idoneo, hac proportione, ut pro singulis Opiatis ℥ij sint Electuarij ℥ij vel ℥ij. Pulver: Simpl: purgant: ℥i. Interdum fit tantum ex Opiatis et Electuariis, omisis Pulv: simplicibus. Alias ex Opiatis et Pulv: simplicibus tantum, omisis Electuariis. Alias ex solis Opiatis.

Frequenter etiam, ubi benignior facienda est Opiata, Cassia postea Opiatis permiscetur, vel sola, vel et cum Electuariis et Pulveribus purgantibus.

Quantitas vero totius Opiatae ℥ij non excedat.

Electuarium molle generaliter Opiata nominatur, si q̄ Opio constat (cum Sicuti Theriaca et Nitridat: etc) sed quod Opio consistentiam habeat. R. w. b.

Dose:

Electuarium quod fit ex Pulveribus et Melle despumato ℥o. Pulverum partes unam, Mellis partes tres.

Dosis .v. ab ℥β, ad ℥j. per se in
forma boli, vel cum Deco Herbarum
appropriatam, semel in hebdomade
vel bis in mense.

Formula .a. prescribendi talis est.
℥ etc. cum Syr: (Solut: Solutivis. v. g.)
fi. Opiata de qua cap. ℥β. (v. g. per
se). vel dissolvendo in Deco Bora-
ginis, Fumariae, & Cicorij, semel
in septimana, cum custodia & regimine
artis.

Roborans Opiata componitur ex Con-
servis ad ℥j, ℥β, vel ℥ij. Condituris
ad ℥β, ℥j. Confectionibus ad ℥ij, ℥β.
Pulveribus ad ℥ij, ℥β, ℥ij. cum
Syrupo idoneo.

Interdum ad ornatum permiscetur
foliola auræ N.º ij vel iij, & post
pulveris prescribuntur.

Dosis ℥ij vel iij, aut quod for-
quentius ad magnitudinem Castanea,
superbibendo liquorem convenientem.
sc. Aq: Sticti appropriatam, vel Vinus
abbum, vel vinum chabum dilatum.

Quia omnia hac formula prescribi
solent, ℥ etc. cum Syr: etc. fi. Opi-
ata: de qua cap. magnitudo: Castanea
singulis diebus mane & vespere horis ante
prandium, superhabito vini diluti
momento, vel superbibendo parum Aq:
Boraginis. v. g.

Interdum prescribi solet assumenda
ii horis ante cenam: si matutinis horis
aliquid aliud remedium sit assumendum.

92a

CONSERVA.

In Conseruis summissis nullus praescriptus est modus;
assus hodie seruat, ut mani & vesperi micis iuglandis
quantitate exhibentur.

Nimingham cum his miscens Pulveres Aromatici,
& ut cum Saccharo vel Symplo appropriato fit
Mixture, q̄ etiam Conditum dicitur.

922

CAP. XVII.
de CONDITIS.

Conditum eodem modo fit, quo Opiata corroborans, eadem sc: Conseruans, Confection: & Pulverum q̄nto, addendo Sacchari albi, vel Rasacei ad pondus omnium. Hac formula. ℞. Sacch: colat: ad pondus om̄is. Si Conditum auro cooperitum. Quo utatur frequenter p̄ se ex Cochleari, vel dissolvendo in iussulis, vel cum Aq: potabili sitis temporē, extra pastum.

In hoc tantū differt Conditum ab Opiata, quod hæc ad tres partes p̄cipuas corroborandas, vel etiam alterandas prescribitur: Quod vero ad Cordis & Pulmonum affectus tantum usupet.

CAP. XVIII.
de ECLEGMATE seu LOCH.

Eclegmata solis affectibz Thoracis conveniunt, ad hūmorem in Pulmone contentum expectorandum, asperitatis leniendas, Hæmoptysin compescendam &c.

Fiunt passim ex pulveribus Bechicis ad ℞ij vel ℞℞. Sacchari candi, vel p̄nidiati, vel Rasati taberi ad ℞ij. ℞j. Syr: convenientis q. s.

Vel prædictis addi solent frequenter p̄lpa fructuum, sc. Passularum, Ficuum, Jujubarum ad ℞℞.

Multis

Tabellae corroborantes Trinitatem sunt ex Oleis Spigeliae cum Saccharo. sic sit Tabellatum Anisi, Eucalypti, Masis, etc. Milti. etc. in compositione et per Gum. Sacchari Aq: appropriata dissoluiti, ead Tabulati compositionem ead Junctis Olei gum: xv aut xvi ad Si. cum gum: i. tunc per granu balneat. matm ad Gum Sacchari, et Mli.

Tabellae, ut sunt
Rotulae, quae rotundam habent formam.
Morselli (al: Lozengia) quorum enim lingua est forma.

Tabellae Spigeliae Gum: matm vel suspensio in aqua in hunc modum est ad usum.

Multis etiam alijs modis Elegata parari solent, sed minj usitate, quae tamen apud aut heros varios videri possunt.

Sequenti vero formula praescribuntur. ʒ. et. Cum Syr: Et. fi. Loeb. quo utatur sequenti cum baculo Liquiritia sensim lambendo.

habetur in elegmata anni quavis hora: pro Loeb. de Papaveris, quod solum hunc post canit

CAP: XIX.
de TABELLIS.

Tabellae duplices sunt, Purgantes et Corroborantes,

Purgantes in Officinis habent, et nunquam aut rarissime Magistralis praescribuntur.

Roborantes fiunt ex Pulv: Simpl: vel Compositi Et. ʒ. Sacchari, in Aq: appropriata dissoluti Et. ʒ. ʒ. ʒ.

Hae formula praescribuntur.

ʒ. et. H. tabellae ponderis ʒ. ʒ. quae cum unam caput singulis dieb: in horis ante pastum, superbibendo. et. eodem modo ac in Opiata corroborante.

Fiunt etiam frequentes tabellae ad affectus Pulmonum ex Pulverib: appropriatis, eadem methodo.

Foros. ii. Obs. 31. / ad Si Spicieri, Sacchari Et. sic ut ad Et. Pulv: Sacchari velle Et. Sacchari

CAP: XX.
de PILLULIS.

Pillulae duplices sunt, Officinales et Magistralis.

Officinales passim praescribuntur in affectibus feigidis praesertim, et Hyemis temp.

Tabularium

Pandaleon est chestuazij solidi corpus integrum, qd si

- | | | |
|-----------------------|------------------|---------------------------------------|
| dividat in partib[us] | quadratas, sicut | Tabella. |
| | rotundas, --- | Rotula, seu
Cubicu[m]. |
| | triangulas, --- | Lozenga. |
| | oblongas, --- | Mozelli,
ali[is] manus-
bristi. |

Constant. a. Pulvere, Sacchari
 et liquoris apto: ita qd
 sit ad ℞j. Pulveris ad ℞ij.
 Sacchari ℞ij. liquoris q. s. ad p[re]sentem consistentiam.
 vel etiam Sacchari ℞ij, cum alia plus alia minus Sacchari
 adhibitam.

℞. ij. c.
 (plurim[us] qd quidem ad ℞ij; Roborant: ℞ij,
 aut ℞iij. Pulgant: ℞ij, addit Sacchari ℞i.)

246

tempore, ad partes a ventriculo co-
motas vacuandas.

Basis eorum in Materia medica
fuit proposita.

Formula eas prescribendi talis e-
st. Massa Pitt. etc. malaxata cum
etc. (Aq. vel Sympo Veneto) formata
Pitt. vi vel vii deaurata, quas capiat
post primum somnum.

Si Pitt. infirmiores videant, ad-
dunt Diagridy vel Trochis: de Albā,
dal: gr: iiii, vel v.

Magistralis, qua a Medicis ad
varias indicationes frequentiter com-
poni solent, Usuales etiam vulgo
nuncupant, quia eorum usus fre-
quens esse debet, sc. semel in sept.
vel bis in mensi.

Componuntur ex variis purgan-
tibus, Aloē, Agarico, Turbitis, Her-
mod. Bhabarb: Diagrid: Trochis:
de Albandal. cum coctiovis, omnib;
in pulverem redactis, et Sympo con-
venienti exceptis.

Omnium harum Pitt. basis ferē
Aloē esse solet, et prescribitur stat ad
ʒij vel ʒss. Reliqua vero purgantia
simul sumpta ʒss quātem n̄ excedant.
Correctiva v. ad ʒi. ʒiij. Sympo
quātas non definitur, sed pro tertia
parte totius massae habenda est.

Interdum ad Obstructiones purgan-
tibus admiscet Gummi Ammoniac
vel Bdellium in aceto dissoluta
ad ʒij vel ʒiij.

Dosis

≠ hemorrhoids aquam praefert. succis
et Sympis: quae bis auget. motus, atque
molestia. R. hoc verum esse in
remouenda massa coepta; n̄ vero
in conpunctura. L. W. A.

Dosis pilul. metiendā est pro
purgantium efficacia, ita ut admodum
vehementer purgent, & ʒʒ vel ʒij
non excedant.

Hac. a. formula praescribi solent.
ʒ. Aloes Hepatic. etc. si omnium
pulvis, & cum Syr: (v. g. Rosat: solut)
si. massa pilul. de cuius ʒi formet
pilul. vi. deaurata. Cap. N.º iii
vel iii manu duabus horis ante pra
dium semel in septimana.

CAP: XXI.
de TROCHISCIS.

Trochisci raro praescribuntur a Medi
cis, qui officinalibus sunt contenti,
si quis tamen componere voluerit, id
facile praestabit sumendo pulvres
sua intentioni aptos, ad ʒj vel ii.
et excipiendo liquore conveniente,
aut mucilagine, ex quibus premixti
fi. pasta, et ex illa orbiculi in
umbra exsiccandi.

CAP: XXII,
de PULVERIBUS.

Pulveres ad purgandum, corrobor
andum, & alias intentiones praescribuntur.

Purgantes ex simplicibus gratio
ribus gustu cum correctivis, & sac
charo in delicatioribus. Quorum
Dosis erit metiendā pro purgantium
efficacia.

Sunt

Trochisci, cum his presentat, triti ex Aqua aut Vno, aut alio
 quavis liquore bibendi exhibentur. Nonnunquam autem
 duntaxat, Saccharo, Pichis, Clysteribus, Unguentis, alijsq; hismodi,
 modi commiscents.

Trochiscorum, quae sunt aliorum medicamentorum mixtionem stimulant,
 Dosis est a ℥i ad ℥ii. At si insit Opium, Dosis a ℥j ad ℥ss.

Æly Vestij Trochisci Bechici.

Nota, Moris esse
 apud Pharmacopos
 ut ad ℥i pulveris
 sumant ℥j. Sacchari,
 et sic in his Trochiscis
 sumantur Sacchari ℥ii,
 vel ad minimum ℥ss.

℥. Spec: Diarrios
 Fl: Sulphuris,
 Pulv: Helenij sicut C. ℥ii.
 # Sacchari ℥j.
 Mucilaginis Tragacanthæ q.s.
 forments Trochisci parvi, et
 signentur.

SUPPOSITORIA: 3^a genera. Rhadam. n.

- 1. Levia, q̄ fiunt ex Rad: Bete, Cactis, vel Mercuriali
Lardo, Casto, Styracis h̄m. ex Mellis
// Mellis perunctis.
Sūillo adipis sate consupto.
Flech inversa et Silyzo, adposito Sate
vel ex Mellis et Sate.
- 2. Mediocria, q̄ fiunt, e Vitello Bos, Ceco, Sate et Mellis
vel ex Mellis et Sate.
- 3. Vehementiora, q̄ accipiunt. Scamoniū, Euphorbiū
Elleborū, et ejusmodi pilulotū

SUPPOSITORIA utriusq; acuminata Prescribere solet
Heucrius sūm patre, tūm filius, ut mellis a
Mynctorys sūgēris, et r̄q̄m̄ excludētis
q̄ excedentia quantitas minimi digiti, onq; uti multo
causa. // debet. a. argri v̄s̄is s̄ingua d̄est, ne ad latera
quare hoc in Apocryxa. // illud.

2^a Spec: Huxa Giss, Troch: Alband: et Drage: Co
fi. cūm mellis mercurialato et Sate Gēntue
poria N.º 4. utriusq; acuminata, parva
digiti magnitudinē. [340.]

mel mēm̄. i. albatū. 152
 mel d̄estis. sūm sūm
 Mercurialis.

Serviuntur .a. illi pulveres cum
jusculo vel alio liquore dissoluti,
manu cum custodia & regimine actis.

Inter pulveres roborantes sequen-
tissimi sunt Stomachici, qui vulgo
